



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L14 [N.B. This Roll was previously named R.]

Roll L14 [previously R] (recto) [Monday] 14 April 1634.

R

Manerium de Dulwich

Visus Franci Plegii cum Curia Barronis ibidem inchoata et
tenta die Lune decimo quarto die April Anno regni domini nostri Caroli nunc regis Anglie
&c Decimo per Thomam Edgar Senescallum ibidem .

Juratores pro rege	Johannes Casinghurst	Edwardus[sic] Cursons
	Jacobus Nelham	Johannes Duffell
	Faver Fox	Robertus Starkye
	Edwardus[sic] Redman	Ricardus Crane
	Willelmus Staple	Henricus Collens
	Thomas Downer	Thomas Hamon &
	Paulus Baxter	Johannes Bodger

Officium Imprimis Capitales plegii Edwardum[sic] Redman unum residentium infra p^{re}cinctum huius lete elegerunt ad
Constabularii officium Constabularii exercendum et exequendum ibidem qui modo p^{re}sens in Curia sacramentum suum corporale p^{re}stitit officium
illud bene et fideliter exequendum &c

Officium de Et Similiter elegerunt Johannem Duffell et Robertum Kingsland duos residentes infra
Headborowe p^{re}cinctum istius lete ad officium Headborowe ibidem tenendum: qui modo p^{re}sentes in Curia uterque eorum existit
jurati officium illud sepealite^r et respective bene et fidelite^r ibidem exercendum et exequendum &c .

**Officium
Alconner**

Et Similiter

elegerunt Henricum Mathewe unum residentium infra p^{re}cinctum huius Lete ad officium de Alconner[sic] ibidem tenendum qui modo p^{re}sens in Curia sacramentum suum corporale p^{re}stitit officium illud bene et fidelite^r amodo exercendum et exequendum &c

Decenarius

Stephanus Wells serviens Nicholai Bodger residens infra p^{re}cinctum huius Lete etatis viginti et unius annorum iuratus decennarius &c .

Decenarius

Jacobus Goddinge filius et heres apparans Jacobi Goddinge residentus infra p^{re}cinctum huius Lete etatis Novemdecem annorum iuratus decennarius &c .

Item p^{re}sentant Joh^{ann}em Apleton generosum et Ricardum Tredgould Inhabitantes et residentes infra p^{re}cinctum huius Lete pro manifestis defectos quas sunt in fovea vel aque cursu currentia ex regia via in clausum eorum ad grave nocumentum regie vie Atque Ordinatum est quod dictam foveam vel aquæ cursum quinque pedes in Latitudine et quatuor pedes in profunditudine escorant seu escorari faciant a fine horti eorum regie vie adiacentem usque ad finem fovea quæ Thomas Downer faciebat subter le Nulands[sic, ?Milands] Hedge Idque faciant &c ante ultimum diem Septembris proxime sequentem sub pena pro qualibet perticata inde per ipsos minime adtunc facta quinque solidorum ----- 0^{li} --- 5^s --- 0^d

Item ordinatum est quod iidem Joh^{ann}es Apleton et Ricardus Tredgould scindent seu scindi facient foveam eam qua Thomas Downer faciebat subter le Nulands le Coney acre et le Eighteene acres hedge unam pedem in ampliore latitudine quam modo existit iuxta terris eorum a principio usque ad finem aquæ cursus Idque faciant &c ante ultimum diem Septembris proxime futuri sub pena ----- 3^{xi} --- 6^s --- 8^d

Item ordinatum est quod Joh^{ann}es Casinghurst unus inhabitans infra p^{re}cinctum huius Lete comunem fossam Anglice the Comon Sewer ditche faciet et escorant subter le Courte meade hedge in Croxstead Lane a Clauso Pauli Baxter ut usualite^r fuit facta ita quod aqua liberum Cursum sine ullo impedimento licet Idque faciat ante ultimum diem Julij proxime futuri sub pena ----- 2^{xi} --- 6^s --- 8^d

Item ordinatum est quod Henricus Hutchinson et Paulus Baxter duo Inhabitantes infra p^{re}cinctum huius Lete foveam eorum in Croxstead Lane facient seu escorant ita ut aqua suus antiquus cursus habeat atque ut viculus sic ut in tempori

prioribus fuit ne sit subversus Idque factum esse ante ultimum diem Junij proxime futuri sub pena ----- 1^{£i} --- 13^s --- 4^d

Item ordinatum est quod Thomas Downer unus inhabitans infra p^{re}cinctum huius Lete foveam suam iscoreat[sic] ab angulo de le great Brownerings usque ad lanas pond et pontem sufficiente^r imponeat^t super fossam ad le style Idque faciat ante ultimum diem Augusti proxime futuri sub pena ----- 1^{£i} --- 0^s --- 0^d

Item ordinatum est quod Johannes Merriton unus inhabitans infra p^{re}cinctum huius Lete foveam suam in Nulands escoreat a regia via iuxta Lanas Pond usque ad finem sui clausi iuxta terras Johannis Bodger ita quod habeat aqua liberor[sic] Cursum ex regia via quam modo habet Idque faciat ante ultimum diem Septembris proxime futuri sub pena ----- 1^{£i} --- 13^s --- 4^d

Item ordinatum est quod Ricardus Tredgould unus inhabitans infra p^{re}cinctum huius Lete unam Januam aquaticam pendet a fine aqua cursus venientis in le litle Bornes citra Croxstead lane ita quod aqua ex viculo illo habeat egressum Idque faciat ante ultimum diem Septembris proxime futuri sub pena ----- 0^{£i} --- 13^s --- 4^d

Item ordinatum est quod Henricus Hutchinson et Paulus Baxter duo Inhabitantes infra p^{re}cinctum huius Lete havem[?] aqua cursum eorum cosimiliter[?] escorebunt iuxta clausum Hugonis Bolton a duobus perticatas infra aream dicti Hugonis Bolton et duodecim perticatas a clausum dicti Hugonis ita quod area sua ne sui immersa ut fuit et quod dicti Henricus Hutchinson et Paulus Baxter Januam Aquaticam sufficienter pendeant Idque faciant ante ultimum diem Septembris proxime futuri sub pena ----- 0^{£i} --- 13^s --- 4^d

Item p^{re}sentant Walterum Ethersall Tippulator quod per illicitas mensuras Cervitiam vendit et Assisam ^{inde} fregit----- Ideo ipse in Misericordia

Item p^{re}sentant Idem Walterum Ethersall Tippulator domum rudem conservante in tam propinquos quam alienos in domo suo hospitando d[illegible] p..tar Tippularis contra legem in ipso casus provisus Ideo in Misericordia /

Item p^{re}sentant quod ad hanc Curiam Concordatum erat inter Dominos huius Manerij et Phillippam Foster viduam tenentem nativa huius Manerii quod ipsa Phillippa licenciam habebit dimittendi pro viginti et uno annis a Festo Sancti Michaelis Arkangeli ultimo p^{re}terito Hugonis Bolton peciam terre native duas acras et dimidiam continentem parcellam terre vocate Napps iacente et abuttante super

le Comon Sewer ex parte orientem et super peciam terre ad Collegium pertinente nunc in tenuta dicti Hugonis Bolton Q^u[?] parcellam etiam terre vocatam Napps versus occidentem et super peciam terre nunc in Occupatione Willelmi Staple parcellam etiam terre vocatam Napps versus borealem et super peciam terre nunc in Occupatione Faver Fox vocatum Bournes versus austrum /

Item p^{re}sentant quod per assensum Dominorum huius Manerii et cum assensum Juratorum Ricardus Abbott vel Assignatores sui parvam peciam per annum ex licentie et terre \wedge Convencione [illegible]ls ... ad ass[illegible] [illegible]endum aream veteri tenementi in Dulwiche nuper in Occupatione Ricardi Stawton et in Consideracione inde unius librum tresdecem solidos et quatuor denarios reperacioni regis viaram dedit

Item p^{re}sentant quod per assensum dominorum huius Manerii (durante voluntate sua) et per assensum Juratorum Ricardus Crane parvam nuper [illegible] peciam Communie \wedge [illegible] a [illegible] ad [illegible] per [illegible]eam vetero huc tenemento in Dulwiche nunc in eius tenuta Et in Consideracione inde [illegible] triginta solidos reparacioni regis viaram dedit

Item p^{re}sentant quod Paulus Baxter ad ultimam Curiam ordinatus fuit ad imponendum unam Januam aquaticam in aque cursu iuxta horreum Hugonis Bolton citra vicessimum quartum[sic] diem Junij tunc proxime futuri sub pena vicesimum solidorum de qua defaultum fecit Ideo ipsi in Misericordia ----- 1^{£i} --- 0^s --- 0^d

pena 13s

Item p^{re}sentant quod Ricardus Tredgould ad ultimam Curiam ordinatus fuit ad imponendum unam Januam aquaticam iuxta hortam suam aquam ut diverte ex regia via ante primum diem Septembris tunc proxime futuri de qua defaultum fecit Ideo ipse in Misericordia

Item p^{re}sentant quod Thomas Downer ad ultimam Curiam Ordinatus fuit ad imponendum pontem super fossam iuxta Cemeterium ante ultimum diem Septembris tunc proxime futuri sub pena trium solidorum et quatuor denariorum de qua defaultum fecit Ideo ipse in Misericordia -- 0 - 3^s - 0^d

Johannesque Cooper

Item p^{re}sentant quod Henricus Downer Thomas Downer et Ricardus Tredgould ad ultimam Curiam \wedge separaliter

[In the next line, most of which is destroyed, the only legible word is 'defaultum'. There may have been other lines.]

[End of L14 [previously R] (recto). L14 [previously R] (verso) is completely blank, apart from a pencilled annotation 'R' (circled) and below it '1634', written sideways on the left.]

End of Roll L14 [previously R].